

Vestre in purificationem diligentissimam faciatis. et penes
quoscunque sal indeuentis ultra quantitatem, que suf-
ficiens sibi fuerit pro usu eorum et familie eorundem,
si de ipsius salis emptione magistrorum salis in pre-
dicta terra vel loco non ostenderint apothecam, tanquam
rem futuram ab eis sine precio accipiat et in introitu
vestro ponatis, vendendum successive per vos pro parte
curie in forma predicta. Id idem faciatis de sale, quod
in eadem iurisdictione vestra per mare vel per terram
deferetur in fraudem curie ad vendendum, animalibus
vel vassellis, cum quibus sal ipsum vultus deferri contige-
rit, fisco curie applicandis.

[5.] Si vero patroni dicti salis ostenderint per apoth-
ecam quodoneam et legitimam, predictum sal emisse in
fundis curie ordinatis, soluto eis precio pro sale ipso
sicut enim per curiam consuevit, ex ipsius venditione ad
rationem predictam utilitatem curie procuretis; sig-
nificaturi nobis et magistris rationalibus in agne regie
curie quantitatem salis, quam in fraudem curie in-
terceperitis, cum quibus animalibus vel vassellis, quo-
rum fuerit, et totum processum vestrum, quem habne-
ritis in premissis.

[5.] et ut predicti salis officium pro parte curie exer-
ceatur in locis et fundis consuevis, vobis precipimus, ut
de fundis et locis ipsis, in quibus officium dicti salis
consuevit lactenus exerceri, per litteras dicti precessoris
vestri exinde informemini et in ipsis fundis et locis tan-
tum et non alibi faciatis predictum officium exerceri.